



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramento Tempore pestis**

**Chapeauville, Jean**

**Mogvntiæ, 1612**

19. Quid de illorum, qui à longe positi, puta in estio domus vel fenestra,  
infante[m] in lecto vel brachiis matris constitutum aspergunt aqua cum  
recitatione debitæ formæ?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

R. Est casus rarus; demus ita contingere: dico tunc fore irregularē, etiam si tantum venialis esset aspersio, ut ante ex Paludano contra Sotum ostendimus,

Q V A E S T I O X I X.

Quid de illorum, qui à longè positi, puta, in ostia domus, vel fenestra, infantem in lecto vel brachio matris constitutum aspergunt aqua cum recitatione debitæ formæ?

Quæstionis explicatio.

Hactenus reprobauimus aliquot baptizandi modos, qui visi sunt peccare contra substantialia baptismi, puta, contra materiam, defectu aquæ naturalis certe; vel contra formam, defectu formæ certe & ab ecclesia visitatæ; Nunc de modis quibusdam baptizandi quæremus, qui peccare videtur contra applicationem debitam vel formæ, hoc est prolationis verborum, vel ipsius aspersionis aquæ, vel utriusque simul, & quasdam baptismi cæremonias. Et primum queritur, an hic modus ministrandi probandus sit, quo quis, ad vitandum contagionis periculum baptizat aspergendo puerū ex fenestra, vel ex ostio, vel remotio re aliquo loco cū debitæ formæ platione?

Responso,

## Responso.

**E**T si hic modus, speculatiue disputatione, videatur posse defendi; tamen loquendo practicè & moraliter non videtur probandus & visitandus, nisi in casu extremæ necessitatis quo aliter non esset accessus ad puerum. Tres sunt huius assertio[n]is partes: Ratio primæ est, quia in actis (a) Apostolorum legimus, Apostolos multa hominum millia vna die baptizasse, quod vix fieri poterat, nisi per aspersionem ex loco distante: Et in libris (b) Numerorum, aqua purificationis, per quam aqua baptismi significabatur, aqua aspersionis dicitur. Ratio secundæ est, quia hoc pacto baptizando, præsertim cum animi perturbatione & trepidatione, quæ ferè coniuncta est cum ministratio[n]e peste insectorum, facile accidet ut corpus infantis aqua non tangatur, quod tamen ad veritatem baptismi necessarium est: Deinde ut tangatur, fieri poterit tam exiles esse aquæ guttas, ut propter ea non videatur posse dici puer vere baptizatus, ideoq[ue] merito dubitari possit, an rebaptizari debeat. Et hec maximè vera sunt, si proprius inspiciamus casum, de quo agimus, ubi puer vel non ita iacet ut decet, & oportunum est ad eum aqua aspergendum, vel male offertur & presentatur aspersioni,

pro

a c. 2.

b c. 18. &amp; 19.

Propter infinita, quæ in illo temporis articulo accidere solent: non ergo communiter practicandus videtur hic modus tam multis periculis nullitatis, vel certe dubitatis valori ipsius baptismi obnoxius. Ratio ultimæ partis est, quia is modus baptizandi saltem est dubius, quali in necessitate, si alius accessus non sit ad infantem, licet ut, per ea quæ iam aliquoties diximus.

Dices: Quid si pastor certo sibi persuadat se caput pueri aqua aspergere posse, licet ut illi ad vitandum contagionis periculum vel pudorem hoc modo baptizare?

R. Licebit, quia tunc cessat periculum nullitatis baptismi, cum constet per veram aspersiōnēm, quæ etiā ablutio censeri possit, verum conferri baptismum.

Q V Æ S T I O X X .

*Quid de illorum, qui puerum per alium iubent aspergi aqua, ipsi vero longius constituti sacramentalia verba pronuntiant?*

Quæstionis explicatio.

Scholastici Doctores apud Magistrum sententiarum disputant ex professo, an possit baptismus ita à duobus conferri, ut alter abluat, alter vero proferat formam, in quo